6

Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAUGURALIS DE ERRORIBUS OBSTETRICUM,

QUAM

AUSPICE DIVINO NUMINE

CONSENSU ATQUE AUCTORITATE GRATIOSISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ IN INCLYTA STUDIORUM UNIVERSITATE ARGENTORATENSI,

PRO

IMPETRANDIS SUMMIS IN ARTE MEDICA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS

D. 15 APRILIS M DCC XXVI.

SOLENNI ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

AUCTOR

THEODORUS MASER

BERNA-HELVETUS.

ARGENTORATI,

Literis GEORG. ADAMI PIESCKERI, Univerſ. Typogr.

PARENTI
VENERANDO,
AVUNCULIS
ÆSTUMATISSIMIS,
FRATRI
DILECTO
OMNIBUSQVE STUDIORUM PROMOTORIBVS, FAVTORIBUS ET AMICIS,
Reſpective honorandis.

HOC, QVICQVID DISSERTATIONIS EST CEU DEVOTISSIMI ANIMI PIGNUS

DAT, DICAT, DEDICAT

AUCTOR

PRÆFATIO.

S*I ullibi tritum illud*, quod rarum carum, *certe in æſtimatione Artium & Scientiarum locum habet, quæ vilipenduntur ex quo communes evadunt: Nec mirum, dum enim Idiotæ, imperiti ac viliori proſapia oriundi rudibus illotisque manibus illas tractando conſpurcant, non poſſunt non viles & abjectæ apparere in oculis vulgi, quod non ratione ſed opinionibus regitur atque errores ab imperitis commiſſos ipſi arti adſcribit, doctoſque ab indoctis diſcernere neſciens, hos ut plurimum illis præfert, illos calumnijs & scommatibus excipit, hos vero laudibus evehit plenariamque his largitur fiduciam:*

O fluxum decus humanum! ô variabile Tempus!

Olim docti atque periti æſtimati fuêre, hodie vero grandiloqui & garruli illorū æſtimationem furto quaſi ſurripiunt; Hinc plurimi corticibus & ſcientia ſuperficiaria contenti linguaque volubili inſtructi ad quamlibet artem exercendam ſeſe habiles eſſe credentes per fas & nefas eam aggrediuntur ac mutilant: Quam commune ſit hoc malum, mutilationem artium intelligo, ſatis ſuperque conſtat & quis quæſo aptus natus eſt enumerandis ſolum illis, qui Arti Medicæ violentas inferunt manus?

Non

Non cupio numerare grues, quot Strymonis Unda
Excipiat? Vel quot Phrygius Mæander Olores.

Quid dicam de alijs artibus? Quævis ſuos patitur manes, uti qualibet fere herba ſua habet inſecta: Citius charta quam materia ſcribendi deforet illi, qui ſingulos mutilatores & everſores gallis gâte-mêtiers *dictos recenſere vellet; Præſertim cum labes hæcce & pruritus, paucis ſumptibus nulloque labore & opera impenſis, artis peritis ſeſe annumerandi non Maſculinum ſolum, ſed & Fœmininum ſexum vexet; Nonne quævis ancilla pro artis culinariæ perita ſalutari vult, quæ tamen vix porcorum familia dignas eſcas coquere addidicit? & ſic deinceps. Conſideremus ſolum nobiliſſimam illam ac antiquiſſimam artem obſtetricandi, quæ cum mulieribus relicta fuerit, facilis & parvi momenti eſſe creditur, cum tamen difficilis admodum & maximi momenti ſit, vide Mauriceau Traité des Accouch. p. 270. Hæc non niſi honeſtis ac peritis Matronis concedi deberet; Sed noſtris temporibus haud raro ab imperitis & ex fœcibus plebis natis mulierculis, quæ ipſæmet unum vel alterum fœtum in lucem edidêre, aut aliquot puerperis, vel ad ſummum per dimidium aut integrum annum obſtetrici à manibus fuere, exercetur, quam dextre? quotidiana teſtatur experientia. Eheu quot ſuperſtitiunculis quantisque erroribus inquinant hanc artem! Vulgus facile illas credit, hos ignorat, ſanioris ingenii homines Medicique ipſi illas quidem ſed non niſi clam rident, hos vero tacent, ut aſſentiendo illis vulgi fiduciam, hos reticendo obſtetricum*

bene-

benevolentiam ſibi concilient, quæ hiſce noſtris temporibus adeo captari conſuevit, ut diceres Medicos, juniores præſertim, obſtrictos eſſe ut praxin ſuam ab ejus farinæ mulierculis quaſi emendicent: Hinc illæ lachrymæ nimirum obſtinacia & arrogantia obſtetricum, quæ, cum fœminæ ſint, laudibus facile corrumpuntur: Mr. L'Abbé Bellegarde dit: Les louanges ſeduiſent les femmes & les empechent de ſe corriger; Elles auroient moins de defauts, ſi on ne leur donnoit pas tant d'encens; Elles ne ſont fieres & hautaines, que parce que leur adulateurs les mettent au deſſus de toutes les autres femmes & qu'elles ne veulent plus ſe degrader de cette ſuperiorité imaginaire, au contraire elles regardent en pitié tout le reſte du genre humain &c. *Idem accidit naſutulis noſtris obſtetricibus, quæ errores ſuos ignorantes & á nemine correctæ tument (uti rana Æſopi) medicis ſeſe æquiparant & vulgo perſuadent*, die Doctores verſtehen ſich gar nicht auff die Weiber- und Kinder-Kranckheiten 2c. *Ne vero aliquando eadem, quæ amphibio illi coaxanti contigit, ipſas premat miſera ſors, ne inquam arrogantia & philautia nimis inflatæ ſin diſſiliant, ſaltem cutis ipſarum patiatur, utile ipſis & Publico fore cenſui ſpeculum quoddam portatile, quod eas quales ſunt, non quales eſſe deberent repræſentet; Hinc errores ipſarum tam ab Auctoribus in diſſertatione allegandis, quam á memet ipſo ſub auſpiciis & manuductione Medicorum æque ac Chirurgorum parturientibus manus auxiliatrices præſtantium obſervates, in faſciculum collectos, diſſertationis inauguralis loco publico*

blico examini ſubjicere animo mecum conſtitui, ſed quo animo? Certe non nocendi neque famam inanem in carpendis aliis venandi cupido, ſed in id unice intento, ut omnes ſanioris ingenii viri (quibus uxor & ſoboles contigit vel continget chara) ex pagellis hiſce conjicere poſſint,

Quale quid & quando, quantum, quoties, ubi falſa

dicant ac agant obſtetrices, easque ſi errent, ſin ipſimet corrigere poſſint, ſaltim Medicorum vel Chirurgorum correctioni ſubtrahere nolint.

Illos vero, qui forte (uti Amico æſtimatiſſimo de eadem materia diſputaturo, cui aliqua hujus diſſertationis in acceptis refero, contigit) ætatem meam vitio mihi vertere & ab illa argumentantes objicere vellent, non decere juvenem, ut vetulas carpat & obſtetrices informet, quomodo muliebria tractare vel infantum modo natorum teneros artus faſcia coërcere debeant, ſin rideo, ſaltim haud curo, cum cuilibet conſtet de veritate proverbij illius Gallici: La jeuneſſe eſt un defaut, dont on ſe corrige tous les jours.

Cæterum benevole Lector

Liberius ſi
Dixero quid, ſi forte jocoſius,
Hoc mihi juris
Cum venia dabis.

§. I.

§ I.

ANtequam propoſiti de erroribus obſtetricum thematis telam exordiar, par eſt, ut quædam generalia præmittam & quidem quod attinet 1. locô ETYMOLOGIAM vocis, ſciendum eſt eam olim non uti hodie per *b*, ſed, ut Barthol. de inſol. part. viis C. 17. vult, per *p* ſcriptam fuiſſe vocatasque eſſe opſtetrices, quia parturientium Dea Romanis Ops, ab ope ferenda audiebat. Notiſſimum alias eſt, à parturientibus invocatam fuiſſe Lucinam uti habet Terent. in Andr. *O Juno Lucina fer opem, ſerva me, obſecro!* Quæ vox contracta eſt Luna; quâ vero ratione hæc ad partũ facilitandum concurrat, ego tanquam rem altioris indaginis non perſcrutabor, conferantur E. N. C. D. II. A. VIII. p. 442. ubi etiam ex Varrone allegatur Proſa, quæ naturali & Posvædra, quæ præternaturali & difficili partui præfuiſſe fertur. Nos miſſis hiſce & ſimilibus nugis, tanquam Chriſtiani noſtrum merito Deum unice, ut obſtetricante Divina ſua Clementia, parturientibus opituletur, imploramus. Optandum ſaltem eſſet, ut omnes noſtræ obſtetrices egregium hocce nomen mererentur; ob ſummam vero plurimarum imperitiam ego, ſalvâ conſcientiâ, hanc vocem derivari poſſe exiſtimo à verbo obeſſe, vel obſtare, plus enim ſæpe parturientibus obſunt quam proſunt.

§. II.

Miſſa Onomatologia pergo 2. ad SYNONYMIAM: Vocantur iuſuper hæ mulieres à Gallis egregio ſane titulo *bonnes ou ſages femmes* ſcilicet *ſe diſans telles & ſe ventans*

De

De mille beaux & nobles faits,
Qui s'habillans du nom des ſages,
Pour tirer de tout part des gâges
Ont pour merite du caquet.

Hinc vocem hancce, ob innumeras, quas continuo crepant ſuperſtitiunculas optime latine reddi, ſagæ fœminæ, exiſtimat Lentil. Jatromn. p. 425. ſed paulo rigidius eſt hoc Lentilii judicium. Vernaculæ appellantur Heb-Ammen / Kinder-Mütter / Wehe-Mütter / quod ultimum nomen certe haud abs ratione ipſis fuit impoſitum, ſæpe enim dolores doloribus addunt afflictasque magis affligunt. Græcis voce alias etiam mulierculas denotante Μαῖα, μαιεύτρια, Hebr. מילדת, Anglis *Midvvives*, Italis *Levatrice de Fanciulli, la Mammana, la Commare* dicitur obſtetrix.

§. III.

Progredior 3. ad HOMONYMIAM; vocantur enim à Zacch. QQ. Med. Leg. T. II. L. vi. Tit. I. Q. XII. p. 515. Protomedicæ mulierum fæcundarum, eam forſan ob cauſam, quia apud plerasque noſtri ævi mulieres perverſus invaluit mos, ut antequam Medicos conſulant, ad obſtetrices confugiant & ex iis morborum internorum (de quibus ne gry quidem intelligunt) curam poſcant; hinc oriuntur tot decumbentium quærelæ, tot ægrotantium ejulatûs! Comparantur præterea imperitæ & audaces à Kerckring. in Spicileg. obſ. 36. p. 29. cum harpyis, vel quia in matres puerosque incurſant illosque occidunt vel per inſcitiam male tractant, ut longo poſtea tempore miſeram agant vitam; vel quia ſæpius unguibus aduncis latera vaginæ vel parietes uteri

dilace-

dilacerant aut ſecundinas hoc modo ſeparare ab utero conantur, vel etiam frœnulum linguæ in recens natis dilacerant, de quo infra prolixior mihi erit ſermo. Imo nequitia quarundam mihi anſam præbet huc trahendi ea quæ Sprænger Mall. malef. P. II. Q. I. c. 13. refert, nempe confeſſas eſſe maleficas, neminem Religioni magis nocere quam ipſas obſtetrices pravas, ubi enim pueros non interimant, tunc quaſi aliud agendo foris extra cameram illos portare ac ſurſum in aërem elevando dæmonibus offerre, quam tamen execrandam imo diabolicam actionem ego noſtris obſtetricibus nequaquam imputo, ſed hæc ſolùm ὡσ ἐν παρόδῳ allegare volui, ut pateat, quid auſum fuerit hoc hominum genus.

§. IV.

De Conditione earum dicit Bohn. Tr. de Off. Med. p. 562. eas ex jumentorum ſtabulis & ſubulcorum ac bubulcorum baſilicis prodire, loquitur nempe de inſciis omnique neceſſaria doctrina deſtitutis; Imo in vulgus notum eſt, minimæ & viliſſimæ conditionis fereque ad incitas redactas mulierculas evadere quandoque obſtetrices & â quadam hanc artem exercente *ſage femme*,

Quæ minus eſt aliis ſtulta, licet inſipiens ſit,

qualemcunque petere inſtructionem: Wann ſie nicht mehr bey dem Taback ſchaffen mögen und ſich doch ſchähmen zu bettlen/ ſo werden ſie Heb-Ammen auff das Land.

§. V.

Prælibatis hiſce, melioris ordinis gratia errores recenſendos in tres divido Claſſes, quarum I. compre-

prehen-

prehendet eos, qui ante. 2. eos qui in & 3. eos qui poſt partum in puerperio tam circa matrem, quam circa fœtum committuntur, errores; dantur & alii, quos ceu generaliores præmittere & primum perluſtrare haud inconcinnum erit.

§. VI.

Antequam autem id fiat, verbulo mentionem injicere liceat ejus, quod memorat Hiſt. Morb. Uratiſl. 1700. p. 207. nempe quod olim obſtetrices melioris multo fuerint notæ, quæ tempore præſertim Hippocratis Medicinam addiſcebant, ſed noſtris temporibus minime tales reperiuntur, id quod etiam Celeb. Bohn. L. c. p. 562. confirmat, allegando duas artis hujus peritiſſimas nempe ſic dictam *Louyſe Bourgoiſe* Pariſiis olim obſtetricantem & Juſtinam Sigmundin obſtetricem ELECTRICIS BRANDENBURGICÆ, quarum ſcientiam ſingularemque peritiam ambarum, quæ in lucem ediderunt ſcripta, abunde declarant, ſed proh dolor! hodienum talis obſtetrix rara avis eſt alboque ſimillima Corvo, unde olim conqueſtus eſt Hor. Augen. Epiſt. & conſult. T. II. L. 1. c. 6. ignaræ inquit ſunt noſtra tempeſtate mulieres medicæ, nec aliud meo quidem judicio ſciunt, quam naſcentem puerum gremio recipere, umbilicum reſcindere & ligare, ad alia, quorum ſcientiam habebant antiquiores, ſunt profecto ut aſinus ad lyram; Quò referatur illud Dolæi in Encyclop. Med. p. 311. ubi agens de partu difficili ex errore obſtetricis oriundo, in ignaras, audaces, quæ largius Baccho quam Lucinæ litant, ſequenti modo ex Terent. in Andr. invehitur: ſane pol, ait, temulenta eſt mulier & temeraria, nec ſatis digna cui committas primo partu mulierem.

§. VII.

§. VII.

Accedo nunc ad generaliores obſtetricum errores, quos inter merito agmen ducit inſcitia in anatomicis, quam Medicinæ partem ipſis adeo neceſſariam diſcere vel erubeſcunt vel faſtidiunt & per mortes puerperarum vel infantum experimenta facientes paulatim ad praxin deducuntur; à qua inſcitia dependent tot lepidæ earum opiniones de uteri motu ac circumvagatione per totum corpus, quando dicunt, Matricem tanquam Reginam throno oſſis ſacri inſidere & irritatam omnia viſçera furibundam percurrere, nec non in forma muris per os exire ac redire. Vid. deß getreuen Eckarths unvorſichtige Heb-Amme p. 69. 194. 196. 203. 204. Quòd ſi quis ex illis ſcire cupiat, qua ratione hæc fiant? ſat diſerte, ſi ſat bene, reſpondebunt, ùti Gallus quidam interrogatus, quid ſit amor, reſpondit: *L'amour eſt un certain je ne ſçay quoy, provenant, je ne ſcay d'ou, venant je ne ſcay comment, qui enflame je ne ſcay de quelle maniere, une certaine choſe & une certaine perſonne &c.* ſic etiam obſtetrices turbam ignaram decipiunt

Proque albis nigra & pro nigris alba loquntur;

Imo anilia ejusmodi reliquis ſexûs ſui perſonis ab incunabulis obtrudunt, difficillime poſtea vel plane non ex animis earum eruenda, adeo ut puellas vix ſeptem annos natas conquerentes audias, Sie haben das Mutter-Wehe im kleinen Finger; adultiores vero ſæpe in æſophago hærere matricem ſibi aliisque perſuadent

In nugas quàm prona via eſt! Quid creditis iſta
Inſanæ? quæ nec poſſunt ratione probari
Vllâ, nec ſenſu agnoſci &c.

§. VIII.

§. VIII.

Inſcitiæ jungunt philautiam, arbitrantes ſe omnia noſſe ad unguem & tamen neſcitis miſſellæ, quod

Stultitiæ fons ſit & origo philautia veſtræ
Caligoque ingens, quæ vos cognoſcere verum
Poſſe vetat! &c.

Gignit hæc impudentiam & ſummam pertinaciam, ſunt enim ut plurimum tam perfrictæ imo ferreæ frontis, ut opinionem ſuam mordicus defendentes omnem à Medicis factam objectionem in faciem reſpuant correctionemque detrectent, unde eſt quod Camer. Syſt. Caut. Med. p. 532. artem obſtetriciam difficilem pronunciet; difficile enim ait cumprimis eſt dirigere obſtetrices plerumque imperitas & præjudiciis mire impeditas; Hinc Medicos & Chirurgos abhorrent neque facile eos vocari patiuntur. Lentil. Jatromn. p. 420. recenſet hiſtoriam de fœmina extincta, eo quod obſtetrix Medicum advocari prohibuit. Ratio eſt, ne craſſa earum ignorantia patefiat & praxis earum aliquale hinc patiatur damnum; Recte hinc puniendas eſſe eas, quæ in caſibus difficilioribus Medicum convocare detrectant, vult Zacch. L. c. T. III. p. 43. Deventer Nov. Lum. obſtetr. C. I. recenſet exemplum ſummæ obſtinaciæ obſtetricis, quæ ipſamet parturiens perire maluit, quam auxilium ab ipſo oblatum accipere: Quadrat huc illud: Quo quis indoctior eo fit impudentior, qua re motus Lentil. L. c. p. 425. exclamavit cum Syracide: Ich bin keinem Ding ſo feind und der Herr iſt ihm auch feind! Ex ore quippe reæ obſtetricis teſtatur, in Stuttgardia urbe, vix mille cives alente, ultra ducentas vivere uxores ex partu difficili læ-

ſas

ſas atque ad generandum ineptas redditas: Quis non cum Cel. Bohn. L. c. p. 563. exclamaret Proh dolor! Lugent penes nos tot mariti ſuas conjuges, liberi matres, familiæ cognatas ſuaviſſimas & prolem ſtirpis ſpem deſideratiſſimam, infauſtis & ignaris obſtetricum manibus ereptam, clamat horum ſanguis. Teſtantur Act. Med. Berol. numerum fœtuum mortuorum ſolo anno 1720. Berolini ad 55. 1721. ad 64. 1723. ad 76. & 1722. ad 80. excreviſſe, quæritur jam an non magna miſellorum pars ex imperitia obſtetricum fatis ceſſerit, quæ tamen à prudentioribus e diræ mortis faucibus eripi adhuc potuiſſet?

§. IX.

Sequitur inconcinna earum garrulitas, ubi vel arcana illis, ut ſilentii peplo involvant, commiſſa ubique deblaterant appoſita formula: Aber hier geredt / daß es nicht weiters kommt: vel parturientibus difficilis aut infelicis, ubi præſentes fuere, partus exempla recenſent horumque ennarratione mulierculis imprimis primiparis ejusmodi partus futuri metum præter neceſſitatem incutiunt; vel hinc inde plenis buccis enumerant, ſie haben ſchon ſo viel Kinder empfangen / und doch niemahlen keinen Doctor darzu gebraucht / cum tamen copia partu naturali ſuſceptæ prolis de earum dexteritate nullatenus teſtetur; Non enim in naturali ſed in difficili ac præternaturali partu ignorantia ac craſſi errores manifeſtantur, haud ſecus ac illi Naucleri, qui latent, dum navis ſecundis pellitur ventis, apparent vero durante tempeſtate.

§. X.

Generalis item & fere per totum obſtetricum ordinem ſeſe diffundens error eſt ſordida earum avari-

tia, quâ 1. plures, quam quibus commode ſubvenire poſſunt, parturientes in curam ſuſcipiunt & hinc unam vel alteram obiter ſaltem adjuvare aut penitus negligere coguntur, quod ſi hoc in caſu aliquid ſiniſtri eveniat parturienti, ſecundum Zacch. L. c. p. 517. punienda eſt obſtetrix, nam idem eſſe dicit ac ſi Medicus ægrum in curam ſuſceptum poſtea derelinquat, quo nihil turpius eſſe inquit Bagliv. Pr. L. 1. C. 12. 2. Quando relicta quadam paupercula auxilio earum indigente, manibus pedibusque advolant ubi pinguioris fortunæ fœmina é longinquo opem illarum implorat. 3. Si alias obſtetrices non tolerant & accedente alterâ vel lites movent, ubi duabus altercantibus tertia de vita periclitatur, vel illa, quæ primum adfuit, indignabunda & inſalutata hoſpite terga vertit. 4 Si per plures menſes meretriculas gravidas intra lares ſuos recipiunt & uſque ad puerperij finem abſcondunt, ne delictum patefiat, da meinen ſie noch ein Chriſtliches Werck gethan zu haben / ſcil. ſi ipſis numeretur pecunia, hac enim deſtitutis ſtatim portam monſtrant plateasque pro lecto relinquunt. 5. Si jam infirmiores redditæ & ob corporis imbecillitatem invaleſcentem laborare, adſtare & vigilare non amplius valentes, nihilominus vano inhiantes lucello obſtetricando pergunt, quas tamen Deventer L. c. C. 1. ceu ineptas à praxi hujus artis excludit, ut & Zacch. L. c. C. 6. 6. Si plane corrumpi ſe patiuntur, qualem ipſemet novi obſtetricem, quæ adeo à Mammone poſſeſſa erat, ut à ſocro primiparæ cujusdam unico nummo aureo conducta, promiſerit nurum ſterilem reddere, cui promiſſo, ut ſatisfaceret, prolapſum uteri ipſi ſtudiò conciliavit; hinc paulo exactius examinata, confeſſa eſt, ſe á Socro & ore & auro victam conductamque facinus hoc-

ce

ce horrendum commiſiſſe: Auri ſacra fames quid non cogis obſtetrices!

§. XI.

Enumeratis hiſce merito adjungitur earum in reformandis Medicorum conſiliis audacia, cujus exemplum Lentil. in Eteodr. p. 12. allegat, ubi obſtetrix emplaſtrum, quod ipſe lumbis imponi curaverat, iterum ceu inutile propria auctoritate removeri juſſit, ut taceam alia hujusmodi exempla ceu cuilibet Practico quotidie obvia. Nec minus culpanda eſt quarundam ad juramentum falſum præſtandum levitas, cujus ſceleris exemplum quoque habet Lentil. Jatr. p. 408. Multa adhuc de earum incuria, negligentia, ſuperſtitione &c. dicenda ſupereſſent infra fuſius examinanda, hinc converto me ad dictas tres claſſes pertractandas.

CLASSIS I.

DE ERRORIBUS OBSTETRICUM ANTE PARTUM.

§. I.

HUc non ſolum ſtatum graviditatis ſed & virginitatis aliaq;, quæ reliquis claſſibus commode inſeri non poterant, refero. De virginitatis ſignis, tanquam lite multo abhinc tempore inter eruditos agitata, hic non acturus ſum, conferri meretur diſſertatio D. D. Melch. Sebizii de notis virginitatis, ubi plura accurate pertractata inveniuntur, item alia diſputatio Pariſiis

ha-

habita Auctore D. D. Andrea Creſsé, an ut virginitatis ſic virilitatis certa indicia? Mihi res tantum eſt de fraudibus obſtetricum circa defloratæ virginitatis Sophiſticationes, ſi nempe lato ſenſu dictæ vel uti Bierlingio Med. Theor. Pract. p. 517. placuit, titulo tenus virgini, adſtringentibus relaxata coarctando genitalia priſtinam ſed palliative tantum reddere conantur virginitatem, *Gall. un puċellage racommodé*; Lepidam hujus rei hiſtoriam recenſet Sim. Paul. Q. B. de ancilla ſponſa, quæ ut ſponſo virgo, quæ non erat, appareret, balneo in quo rad. conſol. maj. decoctæ erant, uſa fuit, in quod cum hera inſcia inſediſſet, ei ita orificium pudendi coarctatum fuit, ut maritus uxorem clauſtrum virginale recepiſſe miraretur: Idem aliæ præſtare conantur decoct. alchymill. in forma inſeſſus, cujus ▽ deſtill. etiam mammas flaccidas turgidas reddit; Quod ſi talis conſtrictio ▽ frigida facta fuerit, facile id detegitur aſpersa tepida, uti id docet Teichmejer Med. Forens. p. 31. Huc quoque pertinet, ſi innocentem ſponſum ſubſtrato linteo, ſucc. papav. tincto, uti habet Eckarth. L. c. p. 81. vel veſiculas quadrupedum felleas aut utriculos piſcium ſanguine repletos genitalibus ſponſæ immittendo, decipiunt, ut poſtea veneris tyrunculus fraudis hujus & doli neſcius ſe virginitatis clauſtrum perrupiſſe credat, ſummoque gaudio convivis nuptialibus victoriam, ſaltem putatitiam, denunciet, quam olim conſuetudinem Romanos habuiſſe teſtatur Claudianus ſeq. vers:

Et Tyrio ſanguine fulgidas
Alter virgineus nobilitet cruor;
Tunc victor madido proſiliat thoro
Nocturni referens vulnera prælii.

Hanc fraudem virginitatem mentiendi adhibere perhiben-

hiben-

hibentur ſponſæ Mauritanæ: Notum alias eſt ex S. S. Israëlitas ſanguinis primo in coitu profuſionem pro illibatæ virginitatis ſigno habuiſſe, hac vero abſente ſponſam parentibus remiſiſſe, vid. Deut. XXII. quanquam non deſint, qui contra hancce notam inſurgant eamque non pro infallibili ejus ſigno cognoſcant, conf. Zacch. T. I. L. IV. Tit. 2. Q. 1. Quicquid ſit, non judico; an vero obſtetriculæ hancce fraudulentiam ſalva conſcientia exercere poſſint, valde dubito, quanquam eam in caſu neceſſitatis non eſſe rejiciendam velit Caſtellus in Lex. Med.

§. II.

Quia tam artificioſe & ſubtiliter factitiam hancce virginitatem aliis conciliare ſciunt, quæritur, an etiam de veræ præſentia vel abſentia virginitatis coram Magiſtratu, deponere poſſint? Prima quidem fronte videtur, nemini quam mulieribus convenire hanc inſpectionem, ob ſexus verecundiam: Optandum utique eſſet, ut ipſis ſolis tanti momenti res committi earumque renuntiationi ſine ulteriori veritatis inveſtigatione plena adhiberi poſſet fides; ſed cum ardua hæcce multisque difficultatibus ſtipata exploratio, Medicis alias etiam oculatiſſimis multum negotii faceſſat, quid quæſo de pauperculis hiſce plena meridie etiam cæcutientibus, uti veſpertiliones, exſpectare licet? Cum & ii, qui ipſis hanc concedunt inquiſitionem, in hæc verba erumpant: *Sæpe fallitur oculus & manus obſtetricum*; Bohn. L. c. p. 565 illam ipſis in totum denegat, quia 1. ex Anatome nunquam virginitatis notas didicerunt; 2. nec forenſem ne primis quidem labris deguſtarunt Medicinam, quomodo inquit, fatuæ ejusmodi

Majæ de virginitate judicabunt? Exemplum habet ex Bajardo de puella Spoletana, quam poſt inſpectionem paucum juramento virginem declararunt, cum tamen paulo poſt gravida reperta fuerit: E contra eædem Spoletanæ obſtetrices decem annorum puellam defloratam, Medicis contrarium teſtantibus, pronunciaverunt: Hor. Augen. L. c. C. V. allegat exemplum mulieris cujusdam, quam intactam eſſe virginem ſex referebant obſtetrices, quæ tamen ante menſes ſeptem pepererat: Alia apud Bohn. teſtata eſt, aliquam peperiſſe, ideo quia inteſtinum rectum ad pugnum excipiendum dilatatum, abdomen flaccidum & rugoſum, oſſium pubis commiſſuram, cartilagineam divulſam & hiſcentem adhuc reprehenderit. Hic quoque craſſiſſimum illum verbo tangere liceat errorem, cujus Auguſt. de Civ. Dei C. 18. mentionem facit, quod nempe obſtetrix, virginis cujusdam integritatem manu exploratura eam perdiderit: Appage ejusmodi explorationem! Teichm. L. c. p. 29. quæſtionem movet, an, ubi de virginitate quæritur, obſtetricibus ſolis inſpectio ſit committenda, an vero Medici ad ejusmodi inveſtigationem præcipue ſint admittendi? Ubi allegatis multorum teſtimoniis & rationibus non illis ſed his primarium aſſignat locum.

§. III.

Haud minus arcendæ ſunt obſtetrices à renuntiatione mulierum ad coitum admittendum impotentia, recenſet enim Cel. Bohn. L. c. duo hanc ob cauſam facti divortii exempla, ubi celebratis ſecunda vice nuptiis facili alter negotio clauſtrum reſerabat. Zacchias tamen illis concedit hanc deciſionem, obſervatis variis circumſtantiis: ut nempe deputentur tres in opere nu-

ptia

nant ea cum tribus cuſp. cultr. pulver. ex cuticul. ovor. exiccat. præparat: ea forte intentione ut parturiens tanta cum facilitate fœtum ac gallina ovum excludat: Aliæ etiam numero impari gaudentes ſcatulam aſa fœt. Camph. alijsque graveolentibus repletam ori parturientis admovent, imperando, ſie ſolle drey mahl braff ſchnappen: Quid juvent talus leporinus (der Haaſen-Sprung) und das Mooß aus einem hölzernen Brunnen/ vid. in dem Heb-Ammen Catechiſmo. Hic loci in uſu habent, ut virginem integræ pudicitiæ jubeant retro per januam intrare ac cancrorum familiæ adinſtar progredi uſque ad parturientem ſellæ obſtetr. inſidentem, dero muß ſie auff den Schooß ſitzen oder nur die Hand auff den Bauch legen; wann ſie aber keine rechte Jungfer mehr iſt/ ſo hilfft's nicht/ eadem virgo fœtui poſtea edito oſculum (hac occaſione καθ' ἐξοχὴν einen Schmutz) figere cogitur. Sunt quæ ſeſe herba verbena, die Joh. Bapt. ante ſolis ortum collecta cingunt; quædam, præſertim in Italia candelam a Paſchali Benedictione ſuperſtitem accendunt vel Miſſam a Sacerdote, cui nomen Johannes & qui die Sabbati natus eſt, celebrari faciunt, vid. Scip. Mercur. Tr. de Error. Popul. cujus pag. 381. & 382. in E. N. C. L. c. recenſentur. Aliæ lapid. ætit. collo ceu amuletum appendunt vel in manibus detineri jubent: Multæ itidem credunt Roſam Hierichuntinam indicare verum tempus partus, dum aquæ immiſſa eo ipſo, quo fœtus membranas perrumpit, momento ſeſe explicare & dilatare fertur, aquam poſtea vel vinum, in quo macerata fuit hæc planta, ad partum accelerandum doloresque leniendos propinant: Conf. Diſſert. D. D. Mapp. Prof. quondam Celeb. Argent. 1700. habita de Roſa de Jericho &c.

§. IX.

Ad errores ante partum haud immerito refertur

tur ſuperſtitio illa, quando ſuadent, ut parturiens moriens os ſervet apertum, ut fœtui adhuc vivo, liber aëris aditus non præcludatur, quo ejus vitam prolongari vult Carilla apud Eckarth L. c. p. 666. Hæc & ejusmodi ſuperſtitioſa vetulæ noſtræ parturientibus, articuli fidei e ſuggeſtu pronunciati ad inſtar, credenda & nequaquam omittenda inculcant, quæ omnia ſedulo cavenda eſſe, dicit Zach. L. c. quanquam non pauci dentur, qui hæc ipſis tanquam innoxia relinquenda putent, id quod etiam fieri poteſt, ſi Machiavello quis indulgere voluerit, ſed non ſine diſtinctione; præſertim rejicienda ſunt illa quæ vel ſanitati vel Religioni ſunt contraria, ubi murmurationes & ceremoniæ, quæ absque peccato peragi non poſſunt, accedunt; Confidentia enim in Dei Omnipot. auxilium hujusmodi anilibus poſtponitur juſſis, nec mirum, cur tot infelicis puerperii hinc inde proſtent exempla. Ad remedia partum facilitantia, quanquam improprie, etiam referre mihi liceat ſonum campanarum, quo ſine fœminam nunquam parere potuiſſe memorant E. N. C. L. c. p. 17. Econtra recenſet Zvving. faſcicul. diſſert. p. 27. exemplum ſonitus averſati, item deliquii inde oborti, uti habet Heer. obs. 29. p. 253. nec non inſecutorum motuum ſpasmodicorum.

§. X.

Spectandi nunc veniunt errores circa ipſum fœtum nondum in lucem editum, de cujus vita vel morte, numero, ſitu nec non ſexu præſagiendis ſæpiſſime hallucinantur obſtetrices: ſic Lentil. Jatromn. p. 426. habet hiſtoriam de obſtetr. quæ fœtum mortuum audaciſſime pronuntiavit omnesque ad partum conatus irritos eſſe & fruſtraneos voluit, matre tamen vivum pariente

ente puellum. Alia apud Bohn. L. c. p. 564. ſe varios infantis motus ipſaque maſculina fœtus adhuc intra membranas latitantis ſenſiſſe genitalia dixit, cum nihilominus poſt bihorium puella & quidem (uti ex circumſtantiis concludere licuit) per inſigne jam temporis ſpatium mortua prodierit: In explorando ſitu ſe ipſas & adſtantes ſæpiſſime decipiunt, dum partes diſtinguere neſcientes pertinaciter aſſeverant, ſe caput fœtus ſenſiſſe, cum tamen genu vel nates tetigerint; Obſtetrix hujus loci orificium uteri internum pro aure infantis habuit; alia nympharum intumeſcentiam pro membranis fœtum cingentibus; Dantur & adeo ſocordes, quæ ſitum plane non explorant, putantes, ſe officio ſatis feciſſe, ſi ex parturiente quæſiverint: Ob ſich das Kind geſtürtzt habe? quo facto concludunt fœtum ſitum illum neceſſario habere, quem veteres ceu fixum ſtatuunt, nimirum capite deorſum, pedibus vero ſurſum verſis fœtum delineantes; An vero fixus ſitus fœtus in utero ſit ſtatuendus, hodierni quidam cum De la Motte haud abs re dubitant, vide p. 119. ad 127. Sexum infantis vates noſtræ prædicunt ex colore areolæ circa papillas, it. ex harum poſitura & rigiditate, maculis quibusdam faciei, deambulatione & ingreſſu in conclave, doloribus item in latere dextro vel ſiniſtro gravidæ magis vel minus urgentibus, ſic etiam marem geſtantes magis quam quæ femellam gerunt, laborare dicuntur pica ſimulque vegetiores reperiuntur vid. Etarth L. c. p. 531. Tacemus quod Hippocrat. S. V. §. 42. hac de re nobis reliquit, cujus auctoritati vaticinia ſua forte ſuperſtruunt obſtetrices; Quanta vero incertitudine laborent hæc omnia vid. Mauric. C. VIII. p. 99. Equidem negari non poteſt, fœminas fœcundas ex ſymptomatibus in vario graviditatis ſtatu

ob-

obſervatis per analogiſmum vel anomaliſmum aliquo modo conjicere poſſe de ſexu fœtus; ſed variant hæc pro ratione ſubjectorum &c.

CLASSIS. II.

DE ERRORIBUS OBSTETRICUM IN PARTU.

§ I.

COmmittuntur varij circa matrem, dum 1. ſitum aptum ipſi dare neſciunt pleræque obſtetrices, putantes, eandem ſellam (quam per ancillam in ædes parturientium nuncij loco præmittunt) omnibus convenire; hinc ſine diſcrimine nulloque habito reſpectu ad molem corporum omnes illi inſidere jubent, adeo ut graciliores fere totæ quantæ per foramen ipſius ſellæ labi poſſent, obeſiores vero ita collocentur, ut os coccygis ab ora hujus circuli introrſum prematur ſicque partum remoretur: Præterea Sellæ hæ nonnunquam ſordibus (fortaſſe â meretriculis relictis) ita obductæ ſunt, ut dictu difficile ſit, an ex ligno vel alia materia confectæ ſint; hinc fœminæ Gallicanæ machinas haſce rejicientes utplurimum in lecto, ſingulari & convenienti modo ſtrato, pariunt. 2. Monendum, quod aliquæ obſtetr. coram parturiente non ſcamno, ſed modio (einem Seſter) inſideant, & hac ratione mulierculis ſuperſtitioſis occaſionem præbeant concludendi, ſe magicæ artis peritas eſſe, putant enim, ſie ſitzen deßwegen auff etwas hohles / daß ſie ihren Spiritum famil. darunter verſtecken können. 3. Aliæ, imprimis illæ, quas fœcundi calices diſcer-

ptiali expertæ, peritiores, nec ſenes, nec juvenes, item ut Balneo inſideat illa, de qua agitur, immediate ante inquiſitionem &c. Vid. Decis. 47. p. 236. Peccant etiam obſtetrices, quæ illicitum cum alio viro coitum ſuadent, medicamenta aphrodiſiaca philtraque præparandi, item conceptum impediendi, fucos & unguenta diverſa componendi modum, mulierculis demonſtrant, vid. Zacch. L. c. p. 516.

§. VI.

Propius nunc ad earum circa gravidas errores perluſtrandos accedo, ubi iterum in limine ſtatim ſeſe offert earum ad deponendum de graviditate imperitia, pronuntiante enim Hippocr. difficile ſatis eſt gravidam a vacua diſcernere, qui ſæpe ſe hac in re hæſitaſſe teſtatur; Sic & Avenzoar propriæ uxori draſticum quoddam intempeſtive propinavit: Simile exemplum recenſet Mauriceau obs. DLIII. Cel. Bohn. allegat aliud de quatuor obſtetricibus, quæ juramento coram Magiſtratu declararunt prægnantem pro vacua. Riolan. in Antropogr. L. VI. C. 1. hiſtoriam habet de fœmina Lutet: Pariſiorum ob furta ſuſpenſa, quæ ad extremum vitæ halitum uſque ſe motum infantis ſentire aſſeverabat, quo non obſtante obſtetrices id nihilominus negabant, fœmina autem poſt mortem diſſecta fœtum circiter ſeptimeſtrem ſpectatorum oculis obtulit. Mauriceau L. 1. C. 3. recenſet exemplum de fœmina quinquagenaria majori hactenus ſterili, quæ ob ventris inflationem ab obſtetrice pro gravida habita tandem flatus & aquas peperit. Haud incongrue huc refertur illud Goelick. in Med. Forens. p. 33. qui de putatitia ejusmodi graviditate ſequentes habet verſiculos:

Venter cum tumuiſſet Acciellæ
Septem menſibus & novem diebus,
Cæpiſſet lien parum dolere,
Accerſi jubet illico obſtetricem,
Quæri faſciolas & apparari,
Sperata puerum editura partu,
Mox inter medias manus miniſtræ
Laxo poplite, cruribus levatis,
Lucinam geminans quater pepedit.

Idem fortaſſe continget obſtetrici hujus loci, quæ jam per 10. vel 11. menſes ſeſe gravidam eſſe pronunciat. Dubitantibus tamen de ejusmodi graviditate obſtetricibus non licet eam (uti quædam conſuevere) medicamenta propinando explorare e. g. aqua mulſa, aniſo trito & aqua diluto, allio item ſuffitibus variis &c. quippe quibus adhibitis gravida abortus periculum incurrere poteſt.

§. V.

Ridicule ſane in gravidarum morbis, conſuli obſtetrices merito conqueritur Lentil. Etodr. p. 97. generoſa enim ſeu potius inſulſa earum remedia hinc inde apud Auctores leguntur; Exempli loco ſit illud a Mauric. L. c. p. 195. deſcriptum: *J'admire dit il la ſuperſtition des ſages femmes, qui ordonent a une femme groſſe, auſſi tot qu'elle s'eſt bleſsée au ventre de prendre de la ſoye rouge decoupée menu, pour l'avaler dans un oef, ou bien de la graine d'ecarlatte & des germes d'autres oefs mis dedans le jaune d'un: Le beau remede pour fortifier la matrice & l'enfant!* Suadent porro obſtetrices quædam gravidis, ut thorace duriore corpus coërceant, quo fœtus ad inferiora pellatur, ſed male, hanc enim compreſſionem ſi non graviora mala, ſaltem abdomen

domen poſt partum pendulum & rugæ ſequuntur papillæque mammis ita imprimuntur, ut infans poſtea eas vix ſugere queat. Aliæ ſuadent gravidis motum fortiorem, dicentes, wann eine Schwangere nichts zu thun habe / ſolle ſie den Bäſen die Stegen auf und ab werffen ꝛc. non attendentes, quod ejusmodi motu abortus cieri poſſit.

§. VI.

Imminente mox tempore partus, varios iterum committunt errores tam circa fœtum quam circa matrem; Circa hanc errant 1. Veros a ſpuriis doloribus non rite diſtinguendo ac quælibet infimi ventris tormina pro partus doloribus aſſumendo, hinc juſto citius ad niſus mulieres hortando efficiunt, ut earum viribus ante tempus jam fractis, veris accedentibus doloribus jam pares eſſe vix amplius poſſint; cum tamen tormina ejusmodi ſola quiete & injecto enemate ſedari poſſint, vide Mauric. p. 96. Muralt. obſ. 175. exemplum habet uteri ab immaturo ejusmodi ad niſus impulſu prolapſi, qualem procidentiam una cum hernia umbilicali junctam dictam ob cauſam ortam vid. E. N. C. D. II. A. 1. obs. 113. it. D. III. A. IV. ubi Schol obs 83. hiſce clauditur verbis: Multas autem matres occidi aut occiſas aut miſerrime exagitatas, ut ad priſtinam ſanitatem nunquam redierint, ob immatura obſtetricum ad nitendum conſilia & imperia, praxis cuilibet, proh dolor! pluribus nocumentis commonſtrat. Vesling. Ep. 30. annex. Barthol. Tract. de inſolit. part. viis hunc errorem piaculare facinus nuncupat.

§. VII.

Dantur & adeo immiſericordes, quæ, ſi partus nimis prolongatur, parturientem præſertim pau-

 per-

perculam derelinquunt, cujus exemplum habet Lentil. in Jatromn. p. 427. ubi parturiens ab obſtetrice per octo horas ſola relicta una cum fœtu extincta fuit; aliæ adeo ſuperſtitioſæ ſunt, ut noctu vocatæ non accedant niſi parturientis maritus eas comitetur, dicentes: Wann der Mann mitgehe / ſo haben die Hexen keinen Gewalt über ſie.

§. VIII.

Ridicula ſunt & ſuperſtitioſa ſpecifica obſtetricum, quarum quælibet fere propria habet ad partum facilitandum; Aliæ enim magnopere extollunt raſuram Ducati Hungar. worauff die Mutter Gottes mit dem Chriſt-Kindlein gepräget iſt; Sic & maritum jubent tres ſcandulas é tecto extrahere inverſoque modo reponere conf. Ekarth L. c. p. 663. Aliæ parturientes ſolio obſtetricali inſidentes caput pileo Mariti munire coguntur, qui ſæpe totam ipſarum faciem cooperit, ſicque anhelantes euporiſto hocce partum facilitari credunt, da muß es dann gearbeitet ſeyn / daß die Dielen ſchwitzen und der Filtz-Hut ſchmeltzen möchte: Huc certe quadrat illud: *Spectatum admiſſi* &c.; Iterum aliæ Mariti adhuc calido induſio, jam per octiduum ab ipſo geſtato, induto vel femoralibus item mappis illotis & ſqualidis umbilico impoſitis, idem præſtare conantur vel etiam calceis mariti calceatæ obambulant vel braccas ejus capiti bicornis inſtar capitij imponunt, quædam digito dextræ medio faucibus immiſſo, infantem forſan in collo hærentem detrudere conantur; Nonnullæ urinam mariti recenter emiſſam vel bibendam vel in pulticula farinacea devorandam offerunt parturienti vid. E. N. C. D. II. A. VIII. obſ. 175.; Sunt, quæ aſſumunt duo ova, aquæ ea indunt, cujus poſt tres ebullitiones factas recipiunt cochl. vii., propinant

diſertas reddidere, ſæpius ipſas puerperas ad loquelam & vociferationes incitant; *Criez ma poullette: Encore plus haut* &c. quæ tamen niſui doloribus jungendo noxiæ ſunt; Aliæ, tergiverſante paululum partu, ſtatim trementes in aures adſtantium ſuſurrando & geſtibus meticuloſis parturienti ſuſpicionem periculi & timorem præter neceſſitatem incutiunt; Iterum aliæ nimis indulgentes delicatulis, eas absque veſtibus in camera obambulare ſinunt, ex qua refrigeratione dolores poſt partum atrociores oriuntur; Sed obſtetrices hos & ſimiles errores egregie excuſare ſciunt, culpam in ipſas parturientes conjicientes & prætexentes, eas ad niſus ſegnes immorigerasque hortationibus fuiſſe, in doloribus juſto tempore non laboraſſe, manus ſellæ non applicuiſſe &c. Licet non negandum ſit, haud raro mulierculas, præſertim primiparas in hiſce peccare; certe tamen dolorum atrocia, prolis ſpes & præcipue obſtetricum aliarumque adſtantium objurgationes eas otioſas eſſe haud permittunt.

§. II.

De parturientibus male ab obſtetricibus tractatis ubivis exempla ſunt obvia; Sic Lentil. Jatromn. p. 411. tumoris, inflamationis & exulcerationis ab infixis in matricem & vaginam unguibus memorat: Ani tumorem vide E. N. C. D. II. A. I. obſ. 106. Item Solingen vom Ampt der Heb-Ammen Cap. 22. De ruptione perinæi, cui vias etiam ſternunt obſtetr. variis modis, vid. Bechlin. L. I. obs. 31. uterum loco fœtus extractum fuiſſe vid. E. N. C. L. c. obs. 141. de dilaceratione colli veſicæ, urethræ & vaginæ uteri indeque orta urinæ incontinentia hiſtoriam habet Zittm. Med. Forens: Cent. V. claſſ. 55. quæ dilaceratio non raro contingit, ſed raro curatur,

cum

cum nec medicamentis, ob continuum madorem partium, nec ſutura, cui vix datur locus, conſolidatio obtineri poſſit; Quanquam Vœltern methodum, ruptam veſicam ſutura uniendi, tradat ſeque illam feciſſe perhibeat. Nonnunquam etiam loco membranarum fœtum cingentium arripiunt membranam orificii uteri multosque dolores & inflammationem conciliant obſtetr. uti teſtatur *Paul. Portal. dans ſa prat. des accouch.* obs. 76. Quædam digitis in anum parturientis immiſſis os coccygis extrorſum flectere tentantes illud frangunt; aliæ abdomen comprimendo fœtum expellere conantur, a qua compreſſione poſtea facile inflammatio oritur.

§. III.

Errorum circa fœtum commiſſorum ſcatent Practicorum libri; ſic Lentil. Miſcell. Pract. P. I. p. 57. meminit de ruſticana quadam obſtetrice ideo perterrita, quod fœtus brachiolum exererit, nec auſa fuit parturienti amplius adſtare, ſed eam dolores ſupprimere jubens, ſeceſſit, fœtus vero ſuffocatus fuit & mater vix dum ſervata. Idem Lentil. in Jatromn. p. 415. refert exempla duarum fœminarum extinctarum, quia jam memoratum fœtuum ſitum corrigere non poterant obſtetrices: Alias hoc in caſu ipſis ſolenne eſt brachiolum frigidæ intingere, ſie wollen das Kind erſchrecken / daß es das Aermlein wider zuruck ziehe / ſed fruſtraneo imo nocivo conatu, nunquam enim hoc modo retrocedit; Errant etiam, ſi dicunt, ſe iſtud jam pluries in uterum retruſiſſe, ſemper vero iſtud ipſum iterum fuiſſe elapſum; cum tamen ſolum in uteri vaginam idem truſerint; Eundem committunt errorem circa funiculum umbilicalem primo exertum, cujus repoſitio fruſtra tentatur;

& li

& licet fiat, a primis urgentibus doloribus denuo expellitur, hincque tam ob refrigerationem, quam compreſſionem funiculi infans in præſentaneum vitæ periculum conjicitur. Illa apud E. N. C. L. c. obs. 117. infantis brachium unguibus & rudiore contractu excoriavit. Alia apud Lentil. Jatromn. p. 410. infantem, qui facie, antrorſum ſpectante in orif. uteri hærebat in aptiorem ſitum collocare nequivit, licet hæc una ex illis, quæ minus periculi habent, ſit ſituatio. Dari ſitus difficillime mutandos nemo negat, ſed ſæpe ne minimum quidem inconſuetum corrigere obſtetriculæ propria arte audent: Sie verlaſſen ſich auff ihr Sprüchwort: das Stündlein bringt das Kindlein / und ſolten ſie etliche Tage lang warten; hac cunctatione ſitus, qui ab initio facili negotio corrigi potuiſſet, difficillimus mutatu evadit: Endlich heiſſet es; jetzund hab ich alles gethan / was ich gekont und gewuſt hab / es iſt Zeit / daß man einen accoucheur hole / contra quem accedentem ſæpius inſurgere audent ejusque quæſtiunculas (uti vocant) ridere, ac ſi fœtus tam facile verti in utero poſſet, ut ipſe ſibi imaginetur: Ey Herr Doctor / diß hab ich ja mein Lebtag nicht gehört! his & ſimilibus frivolis ſermocinationibus parturientibus ac adſtantibus animum alias puſillum plane demunt, ut Medico vel Chirurgo nulla fides adhibeatur, quicquid etiam de correctione ſitus in medium proferat, nonnullæ vero cordatæ videri cupientes, egregio ſane ſpectaculo, truncum relicto capite vel hoc, illo reſtitante, extrahunt, ſi nempe intenſis viribus, non ſolæ, ſed quandoque plures, junctis viribus extractionem fœtus moliuntur, non attendentes ad obſtacula, hanc impedientia. Denique monendum, ipſis minime licitum eſſe fœtum monſtroſum in utero occidere, easque, ſi hoc faciunt, ceu homicidas

puniendas eſſe. Ridicula eſt illarum opinio, quæ poſt fœtum quendam, monſtroſo animali ſimilem (quem fratrem Lombardorum nonnulli, vulgo, Nach-Freſſer, appellitant) editum, muliebria puerperæ linteis ac pulvinaribus probe munienda jubent, ne monſtrum iſtud priſtinum petat domicilium; quin & omnes mulieres adſtantes hortantur, ut digitis compeſcant labia pudendorum, ne hoſpes hicce incommodus intret. Nonnunquam etiam præconcepta opinio in cauſa eſt, ut antequam fœtum probe examinaverint, illum pro monſtroſo habeant, licet re vera talis non ſit: Lepidum hujus rei vidi exemplum ante aliquot annos in pago ad venerandi D. parentis Parochiam pertinente: Ruſtica quædam graviditatem illicite contractam palliitura ſparſit, ſe cum frigida ex puteo hauſta imbibiſſe inſectum [quod Waſſer-Kalb ipſis audit] finito debito geſtationis tempore, dolores ad partum ſentiens convocat Catharinam, Suſannam, Sybillam, ad enecandum monſtrum mox pariendum: Verſus mediam noctem apparet fœtus, qui miſeram ſuam ſortem, natura monſtrante, deplorans, vagitu lucem ſalutat, quo miſellis adſtantibus tantum incutit horrorem, ut una ex illis ad ædes noſtras accedens anhela exclamaverit: Ach Frau Pfarrerin geſchwind! Es iſt etwas da / das hat einen Kopff wie ein Kind / und ſchreyet wie ein Spaan-Fercklein: Curioſitate monſtrum putatitium videndi adductus advolo caſulæ illi, ante cujus fores plurimas inveni mulierculas tremulis linguis ſeſe hortantes (wie die ſieben Haaſen-Fänger / Nickel geh du voran) riſum vix tenere valens inque hypocauſtulum ingrediens inveni miſellam derelictam, in lecto ingemiſcentem, cum puerulo (cui nil deerat niſi legitimus parens) quem paulo poſt alius adhuc ſequutus eſt, En monſtrum!

CLAS-

CLASSIS III.
DE ERRORIBUS OBSTETRICUM POST PARTUM.

§. I.

AMpliſſimus hic eſt dicendi campus, ubi iterum illos, qui circa matrem committuntur, errores præmittere animus eſt; fiunt hi vel circa puerperam in genere, vel circa placentam ſive ſecundinas & uterum ipſum: Errant nempe obſtetrices, dum puerperis medicamenta propinant, quorum virtutem vel ignorant, vel ſi norunt, attamen huic individuo nocere poſſe non credunt, omnia enim omnibus convenire ſibi imaginantur, nec diſtinguunt circumſtantias, unde eſt, ut Zacch. L. c. P. III. p. 42. & 11. p. 516. eas omnino mulctandas eſſe voluerit, ſi id faciant, habet enim exemplum hæmorrhagiæ uteri, repente ab obſtetrice cohibitæ, inſequente poſtea febre acuta & morte, quæ cura certe non ægræ, ſed veſpillonibus erat proficua: Suadent porro obſtetrices vinum & quidem meracum, ubi Medici illud prohibent & victum plenum, ubi hi tenuem præſcribunt; Die Kind-Betterin muß auch Zucker-Wein und Weggen haben. Primeros: de Error. vulg. L. III. c. 15. eas ideo objurgat, quod puerperis nil niſi calida propinent, qua in re plurimæ obſtetrices excedunt, dum diaphoretica largiori in doſi, quin & ſpirituoſa ipſis exhibeant puerperis, dicentes: Kind-Better Schweiß iſt Gold wärth; Id quod in totum negari non poteſt, cum puerperis nil magis quam quies & udores conveniant, ſed quandoque obſtetrices, ſtragulis ac pulvinari-

naribus lecto ſuperimpoſitis & remediis, non ſolum ſudores, ſed & animi deliquia & virium proſtrationem ipſis conciliant: Magis adhuc culpandæ ſunt illæ, quæ purgantia fortiora ſeu draſtica ipſis propinant, cum ne quidem pulv. fol. Senn. tutus, ſed ſæpe, tormina excitando, magis nocivus ſit. Aliæ econtra non niſi frigidis uterum roborare volunt, dicentes: Man müſſe die Mutter mit einem guten friſchen Trunck abkühlen; ſed quale hoc modo in Microcosmo oriatur bellum, videre eſt in E. N. C. D. II. A. VIII. obs. 174. & A. IX. obs. 200. Item ex aquarum ad mammas dolentes & inflammatas applicatione difficilem reſpirationem, ſtuporem colli & mortem proveniſſe, dicit Hagend. L. III. obs. 16. Nonnunquam etiam repellentia & adſtringentia incaute applicant mammis, lac imminuendi ſcopo, a quo poſtea grumeſcente inflammatio & exulceratio mammarum ortum trahit.

§. II.

Confero me ad extractionem ſecundinarum & quæ hinc circa ipſum uterum erunt attendenda: De hujus ab illorum violenta extractione prolapſu, innumera hinc inde proſtant exempla, confer. Hildan. Cent. IV. obs. 60. E. N. C. D. II. A. 1. obs. 112. Valent. P. I. S. VII. Cas. 26. Zittm. Med. Forens. Cent. III. Cas. 39. refert, obſtetricem extractum uteri fundum pro alio fœtu ſumentem, matrem ad niſus denuo adſtrinxiſſe, quibus cum conatibus animam ſimul efflavit. Alia uterum prolapſum Molam eſſe credens, violenter illam extrahere conata eſt; Quædam vero a tali procidentia adeo perterrita, nec juvare dextera repoſitione ſciens, relicta ægra ſeceſſit, quæ paulo poſt exſpiravit, vid. Maur. L. III. C. 6. ubi [ut hoc in tranſitu dicam] proponit ænigma:

gma: *Quand eſt ce que la maiſon ſort par ſa porte ? C'eſt, dit il, lorsque la Matrice, qui eſt la maiſon de l'enfant, ſort par l'orifice interne, qui eſt ſa porte.* Illa apud Lentil. a longo jam tempore fœminam quandam uteri prolapſu laborare aſſeverabat, cujus tamen orificium arctiſſime clauſum erat: Imo hic loci adhuc videre eſt fœmina 60 circiter annorum, quæ ejusmodi prolapſum, obſtetricis errore conciliatum, per ſedecim & quod ſuperat annos abſque ingruente gangræna (quod notatu digniſſimum) geſtavit. Errant etiam naſutulæ noſtræ, quando repoſitum uterum, forti abdominis ligatura in ſitu continere volunt, quæ non plus utilitatis confert, quam illa, quam obſtetrices in hæmorrhagia uteri, filo rubro in digitis manuum & pedum inſtituunt: Mauric: L. c. teſtatur, à fortiori ejusmodi abdominis conſtrictione, ſæpe oriri novam procidentiam vel etiam inflammationem uteri. Hic loci ſolenne eſt obſtetr. ut puerperæ abdomen ſimplici linteo ligent: Sie binden ſie mit einer Handt-Zwehl und machen einen guten Knopff auff der Seite / damit ſie fein ſanfft darauff liegen.

§. III.

Circa ſecundinas in ſpecie errant, quando eas, ſi ſponte non ſequuntur uterique fundo firmius adhuc annexæ ſunt, unguiculis dilacerant ac ſcalpendo & trahendo, mortem nonnunquam puerperæ accelerant, vid. E. N. C. D. II A. I. obs. 31. Mauric. L. II. C. IX. p. m. 258. recenſet hiſtoriam *de la femme du Concierge de St. Coſme, la quelle avorta d'un petit enfant de deux mois, long comme le doigt, & vivant, lequel fut baptisè par un Prêtre, incontinent la femme tomba en foibleſſe & on laiſſa ce petit enfant encore palpitant ſur une table; mais durant qu'on etoit occupè auprés de la mere, un chat vint & l'avala entierement, comme une ſouris, avec les caillots de ſang; ce qui fut cauſe, que la ſage*

femme

femme crut, que le chat avoit auſſi mangé l'arriere faix, qui etoit neanmoins demeuré tout entiere dans la matrice & excita des douleurs nouvelles & une ſi grande perte de ſang, qu'elle ſeroit morte, ſans ſon ſecours. Plurimæ obſtetrices funiculum abſciſſum fœmori matris alligant, ne uterum rurſus petat, & ſic exſpectant, usque dum ſua ſponte exeat placenta: Aliæ vero rupto funiculo vel extractis aliquot placentæ fruſtulis, reliqua naturæ committunt, ſperantes, ea ſuo tempore etiam exitura, ſed quali cum ſucceſſu videre eſt in eodem C. IX. Mauric. Quod ſi forte à Medico vel Chirurgo ſuperveniente quærantur, an non aliquid placentæ reliquerint, malitioſe ac pertinaciter id negant, cum tamen ut plurimum ſecundinas extractas non examinent, vel ob craſſam in Anatomicis ignorantiam examinare neſciant. Dantur, quæ repentino frigore pellere ſecundinas conantur, nempe largiori frigidæ hauſtu, aut etiam orbem ſtanneum gelidiſſimæ prius aquæ immiſſum inopinato & ſubito puerperæ abdomini imponunt, dicendo: Man müſſe die Mutter erſchrecken / damit ſie die Nach-Geburth fahren laſſe / Conf. E. N. C. D. II. A. VIII. obſ. 174. In abortu non dari ſecundinas perſuaſum eſt nonnullis obſtetricibus, id quod falſiſſimum; Deinde non ſatis ſollicitæ ſunt obſtetrices circa gemellos, a quorum priore cum placenta ſua liberatam fœminam quandoque relinquunt, ignorantes dari gemellos, quorum quilibet propriam habet placentam, conf. De la Motte obs. 163. 165-66. Triſte hujus rei exemplum vidi in ruſtica, quæ poſt dolores per triduum tergiverſantes, tandem puerum enixa eſt cum inſequente placenta; dolores vero denuo accedentes obſtetrix pro ordinariis poſt partum doloribus habens, miſellam intactam reliquit, donec tandem

animi

animi deliquia & mors ſubſequens obſtetricis vices peregerint, dum jam per ſemihorium mortua matre fœtus mortuus prodiit, qui facili negotio a peritiore manu una cum matre ſervari potuiſſet. Denique ex ſecundinarum & funiculi nodis Cingaræ noſtræ præſagire conantur numerum naſcendæ adhuc prolis, qua divinatione ſeſe apud curioſas inſinuant, quam firmo autem ea ſtet talo, vid. Hagend. obs. 15. L. III. quam hoc modo finit. *Stultarum præſagia ſtulta*!

§. IV.

Haud minus ridicula eſt illarum ſuperſtitio de membrana Amnios, cujus reliquias caput cingentes ſi ſecum affert fœtus, ſtatim ipſi prophetizant, eum albæ gallinæ filium fore, fortunamque ſemper comitem habiturum; ſed non niſi rufeſcente tali galea donatis ita vaticinantur, illa vero nigra exiſtente, omnia tenellis prædicunt infauſta; Quam vanum ſit hoc vaticinium, experientia edocemur. Hic loci mulieres tale amnios fruſtulum extendunt ſupra pileum Mariti, ſiccatum Glück-Häublein appellitant & Clinodii inſtar cum fruſtulo funiculi umbil. exiccato aſſeverant ſie heben es in dem Göttel-Lädlein auff/ & in defuncti loculum conjiciunt ceu viaticum; Obſtetriculæ vero quædam tales cuticulas Procuratoribus magno, ut in officio felices ſint, vendunt pretio. vid. diſſert. de Offic. Obſtetr. ſub D. Fiſchero Prof. Erford. 1723. habitam. Accidit quandoque, ut puellæ recens natæ aliquot guttas ſanguinis per vaginulam uteri excernant, quibus obſtetrices ſterilitatem prædicunt, ex quo fundamento me fugit.

§. V.

Funiculum umbil. quod concernit, illum, ſecundinis non ſtatim inſequentibus quandoque rumpunt, quo facto reliqua Natura morborum curatrici curanda relinquunt & bona hac intentione mulieres haud raro ad plures mittunt, teſtante Mauric. L. II. C. IX. Antequam fiat ligatura funiculi, omnem in funiculo contentum ſanguinem in infantis vaſa umbilicalia repellunt, ipſum confortandi gratia, ſed imaginaria hacce refocillatione cum ſanguine hocce aliqualiter jam coagulato infanti plurima incommoda imo mortem inferre poſſunt, vid. Mauric. L. III. C. XXIII. Aliæ antequam umbilicum abſcindant, triplicem forfice crucem in pavimento formant ſententiasque varias vel ſolæ murmurant vel puerperas dimiſſa voce ſequi jubent, vid. E. N. C. D. II. A. 9. app. p. 465. ubi & alia hujusmodi illicita proſtant; circa abſciſſionem iterum errant, credentes pro remotiore vel propiore, verſus abdomen pueruli, funiculi reſectione, mentulam evadere longiorem vel breviorem, unde ipſis formula ſolennis: Es iſt ein Bub / gebt ihm ein gutes Mäß: vid. Schurig. Spermatol. p. 108. Puellis propius abſcindunt funiculum, ut vaginam breviorem & arctiorem nanciſcantur, quo marito aliquando gratiores ſint: Nonnullæ veterum obſtetricum contrariam huic fovebant ſententiam, monentes, in puellarum umbilico præcidendo diligentiam eſſe adhibendam, quippe ſi nimium curte umbilicus religatur, ætatis progreſſu pariendi conatum reſtringere, imminente vitæ periculo, poſſe, referente Math. Cornace. Aliæ nimis laxe illum vinciunt, ut ſanguis exſtillare adhuc poſſit, a quo profluvio infantes in vitæ diſcrimen incurrunt, vid. Hildan. Cent. 1. obs. 52. de

umbi-

umbilico præſciſſo, ſupervenientibus inflammatione, doloribus atrociſſimis tumoreque umbilici, vid. Hagend. Cent. II. obs. 10.

§. VI.

Variis itidem modis refocillare tentant infantes debiles, aliæ enim placentam, antequam reſectus fuerit funiculus, vino calido immittunt, ut calor per funiculum ad infantem feratur eumque roboret; cum placenta vero omnibus recens natis faciem fricant. Quædam infanti ſemimortuo caryoph. aromat. pulv. os implevit. Alias in more habent, faciem eorum vino aſpergere, id quod tamen illa apud Lentil. antequam infans fuerit baptizatus, facere noluit, quæ ipſa etiam antea infantem mortuum credens, balneo immittere noluit, quo tamen, ſuadentibus adſtantibus, uſurpato ad ſe rediit; Alias haud adeo rara ſunt exempla balneorum ejusmodi nimis calidorum, hincque inductæ gangrænæ, vid E. N. C. D II. A. 1. obſ. 117. It. mortis, vid. Amman. Med. Crit. caſ. 76. & Valent. P. 1. S. VII. Caſ. 25. Nonnullæ infantes flatu in anum immiſſo refocillare volunt, quam encheireſin ipſis relinquo:

Stulta placent ſtultis: obſonia quisque palato
Digna ſuo quærit: Non omnibus una voluptas.

§. VII.

Circa Atretas porro non ſatis ſunt ſollicitæ, credentes ſufficere, ſi infantes mingant & alvum deponant, meatuum cœterorum, uteri vaginæ e. g. aurium, naſi, nullum habentes reſpectum, quibus tamen malis melius ab initio, quam ſerius, occurri poteſt: Dantur etiam nimis ſollicitæ ac temerariæ, quæ hymenem ceu inutile

 oppe-

operimentum diſrumpunt, quo obviam eant malis inde oriundis, cujus erroris exempla recenſet Regn. de Graaf, de Organ. mul. p. 103. Præſertim vero haud otioſæ ſunt in ſolvendo linguæ frœnulo, quare Barbette Chir. C. XIII. p. 97. eas tam leves, quam ignaras vocat, ut plurimum enim iſtud unguibus dilacerant in omnibus infantibus, ſicque malæ indolis ulceribus & inflammationibus viam ſternunt, ut nec ſugere nec deglutire poſſint infantes, unde quandoque ſymptomata hæcce mortem poſt ſe trahunt, vid. Lentil. Jatromn. p. 427. Cum tamen operatio hæc recte inſtituta nullum alat periculum, teſte Hildan. C. III. obſ. 28. ubi exemplum refert de periculoſa ligamenti ſub lingua ab Empirico quodam facta ſectione.

§. VIII.

Peractis hinc omnibus opus eſt ut infans baptizetur, ſed quale nomen, maſculinum ne an fœmininum ipſi dandum? Ridicula tibi B. L. forſan videbitur hæc Quæſtio; Sed quid ſi tibi exempla citem obſtetricum, quæ ſexum non dignoſcentes, in cauſa fuere, ut falſum infanti nomen fuerit impoſitum? Evolv. Bohn. qui L. c. p. 569. pueruli meminit, cui nomen Magdalenæ impoſitum fuit, qui tamen poſtea Chriſtophorum ſeſe appellavit, nullis fœmininorum genitalium præſentibus ſignis: Rectè igitur excluſit, in difficili ſexus dijudicatione, obſtetrices, à depoſitione Schurig L. C. p. 640. Idem p. 725. dicit talem errorem dependere familiariter à vitiata genitalium infantis conformatione, pene ſcil. breviore & penitius, tanquam in rima, recondito, teſtibusque adhuc latitantibus, ita ut ſexum internoſcere vix poſſint: Forſan etiam illos pro Hermaphroditis habentes, ignorant, quale nomen ipſis imponendum

dum ſit: De Androgynorum tamen exiſtentia, qui utriusque ſexus genitalia perfecta poſſident, non ſine cauſa dubitatur; Clitoris enim ſæpe tantam in magnitudinem excreſcit, ut membrum virile mentiatur, excepta perforatione, vid. Schurig L. c. Circa varias ceremonias & præparationes ad feſtum, die, qua infans baptizatur, fieri ſolitas, plura monenda eſſent, ubi non ſolum obſtetrices ſed & reliquæ mulierculæ quam maxime occupatæ ſunt: Da iſt deß auffraumens / fegens / waſchens und plauderens kein End/biß die Kind-Betterin endlich das Fieber darüber bekomt; Verum cum Medici, hæcce prohibentis, conſilium utplurimum ſpernatur, ſupervacaneum mihi videtur & inutile, ut prolixius ea recenſeam.

§. IX.

Tandem infans periculis, quibus ſub obſtetricis manibus obnoxius erat, ereptus, traditur novæ inſpectrici, nempe nutrici, in qua eligenda iterum peccant obſtetrices, cum ut plurimum commendent tales meretriculas, de quibus §. 10. p. 14. mihi ſermo eſt, vel alias plane ignotas, modo aliquid remunerationis habeant quod exſpectent; welche der Heb-Amme am meiſten gibt / die hat die beſte Milch: Neque ad temperamentum neque ad morbos earum attendunt, id quod tamen hodierno tempore (quo morbi Venerei adeo familiares ſunt) probe eſt examinandum, neque ſufficit mammas illarum conſpexiſſe, uti credunt obſtetrices, ſed paulo accuratius viſitandæ ſunt, ſæpe enim gonorrhœa, mariſcis, tuberculis, ulcuſculis ac bubonibus laborant, ita ut talis, quæ ab obſtetrice pro ſana fuit declarata, quandoque ſit vera Luis Venereæ Candidata. Obſtetrix hujus loci in more habet, ut nullam crine rubram pro nutrice accipiendam

dam ſuadeat, qua de cauſa ipſamet neſcit. Errant porro obſtetrices, dum nutricibus, ut cuticulam curare poſſint, tradunt formulas remed. hypnoticorum, vel turundam ſaccharo obductam (eine Zull oder Schlotzer) illas enim ſæpius confici in dupla doſi curant ac infanti exhibent; de hujus vero noxa vid. Lentil. Talis nutrix quærenda, qualem deſcribit Mauric. p. 524. cui mater, illæſa conſcientia, infantem nutriendum dare poteſt, ſecus ac opinatus eſt Auctor quidam Gall. *De l'obligation aux femmes de nourrir leurs enfans*, qui rationibus Phyſico-Medicis & moralibus in medium prolatis, omnes in genere puerperas lactationi infantum adſtringere conatur, ſed inconſiderate, dum ob easdem rationes Medicus conſcientioſus [ſi conſulatur] obſtrictus eſſe mihi videatur, ut puerperas debiliores, delicatiores ac ad lactandum haud diſpoſitas nutricibus ſanis piisque ſublevet, quarum lac æque corriget ac ad bonos mores diſponet infantem à matre prava natum, ac infans honeſta & pia matre ortus cum lacte pellicis mores pravos ſuget; ut taceam voluntatem & præceptum mariti, cœteris rite examinantis, plus hic ad decidendum conferre quam omnes illæ aliorum ſuaſiones & conſilia.

§. X.

Quanquam obſtetrix poſt puerperium non amplius infantis curam gerat, nihilominus apud mulierculas perverſus invaluit mos, ut in morbis infantum, exhauſta omni, non ſolum nutricis, ſed & reliquarum mulierum ſcientia (wann die Frau Baaſen ſchon alles probiert haben) non ad Medicum, ſed ad obſtetrices confugiant illarumque auxilium implorent, quibus ideo ſummo jure inter aniculas illas, in opprobrium Medicorum, praxin

praxin exercentes primus debetur locus: Exemplo curæ obſtetricalis in morb. infant: ſint decem illæ aquæ deſtillatæ, quas præſcripſit quædam pro infante torminibus laborante: ut taceam innumeras alias ejusmodi curas, hinc inde apud Auct. practicos obvias & hodienum ab obſtetricibus adhiberi ſolitas, quæ ut plurimum ignorantiæ ac ſuperſtitioni ceu fulcris ſuperinſtructæ, credulitate vulgi confirmantur. Ne autem nimis in altum hujus oceani, de obſtetr. erroribus rapiar,

Hic teneat noſtras anchora jacta rates.

Quod ſi quis me curioſior & magis verſatus præteritum aliquem ac a me omiſſum obſervaverit errorem, quem huic catalogo inſerendum putet, ab illo me non argui, ſed adjuvari credam, quatenus operam meam qualemcunque ingenio ſuo doctrinaque meliorem reddiderit.

ADDITAMENTUM.

§. I.

CUm vero, pro more ſolito, cuilibet de morbo aliquo diſſertationem Inaugur. ſcribenti incumbat, ut etiam tradat curam ejus tam θεραπευτικὴν quam προφυλακτικὴν, idē facere pro viribus conarer, niſi prognoſis me abſterreret; ſunt enim errores obſtetr. morbus tantum non ubique graſſans, nec non inveteratus; cauſa mali, nimirum ignorantia earum, profundas egit radices; Symptomata graviſſima adſunt ſcil. ſuperſtitio, obſtinacia, invidia ac avaritia; ſubjecta ſunt immorigera in ſummo gradu! Remedia vero non niſi labore ac ſumptibus comparabilia, methodusque difficillima; Hinc morbum huncce fere incu-

rabilem

rabilem eſſe, ecquis non videt? Ecquis illorum, qui Junone ſiniſtra Matrimonium inierunt, quique conjuge prava mœrent, ignorat, quam difficile ſit unicam corrigere fœminam obſtinatam? Triga Anticyrarum non ſat hellebori ſuppeditaret purgandis & curandis tot obſtetricum cerebris, ignorantia ac præconceptis opinionibus, ceu membranis involutis ac ſumma obſtinacia & impudentia velut cranio duriſſimo cinctis: Unicum reſtat remedium & egregium præſervativum, quo malo huic obviam ire poſſent Magiſtratus. Si in ſingulis civitatibus, majoribus & celebrioribus imprimis, ſcholas, obſtetricibus inſtituendis idoneas conſtituerent (cui rei Noſocomia egregie inſervire poſſent) ſimulque Medicos vel Chirurgos eligerent aptos ad docendum fœminasque ad diſcendum cupidas & habiles, non tantum (uti fieri ſolet) per unum vel alterum menſem, ſed per plures annos tam in theoria quam Praxi, ad obſtetricandum neceſſariis, informandas atque ad lecturam librorum optimorum de hac arte conſcriptorum incitandas; Nullus enim dubito, quin ab obſtetricibus, tali fundamentali artis ſuæ cognitione imbutis incredibilis ſalvari poſſet numerus parturientium ac puerperarum, quæ ob inſcitiam obſtetricum propriamve intempeſtivam verecundiam Medici vel Chirurgi præſentiam non tolerantem, ope opportuna deſtitutæ vel animam reddunt, vel fœtus mortuos ſummis cum doloribus ac diuturnis laboribus in lucem edunt, vel ſaltem mala, poſtea incurabilia, a manibus imperitis producta ex puerperio reportant.

§. II.

Ogganrient quidem obſtetrices, ipſarumve defenſores, dicendo, non opus eſſe tanta eruditione, ad exer-

exercendam hanc artem, imo videor mihi audire ejusmodi Vetulas deſipientes, quæ inconſiderate auſpicatæ, inconſiderate ſemper pergentes, haud erubeſcent aſſerere, Theoriam hac in re plane inutilem eſſe: Nec mirandum, quod reperiantur opinantes, Medicum vel Chirurgum obſtetricantem, caſu tantum & fortuna, vel audacter periclitando operari; Verum quia vulgus obſtetricum, fundamenta artis ignorans, invidia impulſum, ita ratiocinatur, Medicus cordatus quid hæc dicat

Turba, parum curat, vulgi convicia ridet;
Judicium vulgi inſulſum imbecillaque mens eſt.

Sufficit, quod ars hæcce, ſive opificium, æque firmo nitatur fundamento ac aliæ multæ (quæ tamen accidentibus ſunt obnoxiæ) modo obſtetricantes ad ſequentia probe attendere velint, nimirum.

A. Ut generalem ſibi comparent cognitionem de ſtructura, ſitu & uſu uteri, ipſius partium, ac eidem vicinarum, veſicæ ſcil. urinariæ, inteſtini recti, pelvis hujuſque oſſium, quam ex Anatomicis haurire poſſunt.

B. Ut ſpecialiora quædam addiſcant de utero prægnantium, qui ita a ſummo Artifice conſtructus eſt, ut pro incremento fœtus extendi citra extenuationem craſſitiei, ſed non ſine ſoliditatis ſuæ aliquali relaxatione; in partu vero vi propria conſtringi & occludi eadem ratione poſt partum poſſit: Porro ita locatus eſt & quatuor ligamentis annexus, ut vacuus ſitum non facile mutet, ſed repletus & ligamentis ejus relaxatis nunc huc nunc illuc inclinet, id quod orificium ejus ſæpius tangentibus innoteſcet; Hinc

C. Fundamentalem tactus cognitionem obſtetricantes habeant neceſſe eſt, ut ex diſpoſitione & ſitu orificii uteri ſcire poſſint, an gravida ſit mulier? An tempus

partus & veri dolores adſint? An uterus & fœtus bene ſiti ſint, nec ne? Qua ratione & quando corrigi poſſit utriusque ſitus pravus? Primis enim imprægnationis menſibus acuminatum eſt ac paululum indureſcit hoc orificium; quo magis poſtea infans creſcit, eo brevius, planius & tenuius fit & tandem octavo circiter menſe dehiſcere incipit, ex quo motum fœtus præſentire licet, appropinquante tempore partus, totum quantum fere applanatur & paulatim amplificatur, ita ut doloribus veris accedentibus & reiteratis infanti exitus pateat; Ex quibus patebit, an debitum tempus partus & dolores veri adſint, conſideratis ſimul aliis circumſtantiis, nimirum: ſi dolores ab injecto enemate emoll. non mitigantur, ſi in ſuperiore abdominis parte parum applanata ſpatium aliquale deprehenditur & fœtus verſus cavitatem pelvis delabitur, gravida vero dolores gravativos, a lumbis ad inguina tendentes, ſentit atrociores, adeo ut pulſus frequentior, rubor faciei, poſtea concuſſio & tremor artuum, imprimis inferiorum accedunt, humor item ſpiſſus, glutinoſus, quo tempore geſtationis orif. uteri obturatum fuerat, effluit, ſuccedente tandem cruento aquisque prorumpentibus: Ab orificii poſitura nimis ſuſpenſi ab antica vel laterali parte ad oſſa pubis, vel a poſtica ad os coccygis adacti, item ex pelvis conformatione, rotunda vel plana, ampla vel anguſta ipſius ora, qualis partus futurus ſit, prædici poteſt; Præſertim ſi ſitus infantis etiam cognitus ſit: Quantum hæc omnia ad facilitandum partum obſtetricanti lumen præbeant, facile liquet; Requiritur autem manus experta & a ratione directa: Tempus tangendi parturientem quod attinet, optimum eſt, ante dolores ingruentes, nec ſtatim manus retrahenda, ſed

impe-

impetus exſpectandus eſt, qui fœtum verſus orificium pellendo facilitat explorationem, quæ non eſt negligenda, imprimis poſtquam membranæ jam fuerint ruptæ, tunc enim eſt verum, partum difficilem præveniendi vel facilitandi & ſitus pravos corrigendi, tempus, quorum

D. Correctionem viri hac in arte peritiſſimi, Deventer, De la Motte & Mauriceau in tractatibus ſuis prolixe & ſatis clare tradunt; Cujus rei cardo in eo ut plurimum vertitur, ut obſtetricans, ex certis ſignis concludens, infantem in eo, quem habet, ſitu naſci non poſſe, cauta manu (cujus dorſum oleo vel alia conveniente pinguedine inunctum ſit) in uterum immiſſa, pedes quærat fœtus, eumque hoc modo inverſum extrahat.

E. Negligenda minime eſt extractio ſecundinarum, ſed, ſi illa opus fuerit antequam orificium uteri ſeſe nimis contrahat, eſt inſtituenda, nempe una manu paululum tenſus teneatur funiculus, ut alteri in uterum introducendæ viam monſtret, qua placenta in eo loco, ubi funiculus ſuas habet radices, præhenſa prudenter extrahatur; Quod ſi vero in aliqua ſui parte adhuc adhæreat, cauta manu prius ab utero eſt ſeparanda. Si quis ſpecialiora ſcire cupiat, adeat Auctores modo allegatos, ubi

F. Plurima etiam circa regimen puerperarum & infantum inveniet, de quibus omnibus obſtetrices conſcientioſæ & officio ſuo ſatagere cupientes, notitiam ſibi comparare poſſent ac deberent; Sed proh dolor! In plurimis illarum deeſt vera diſcendi cupido, in multis diſpoſitio. Ex dictis cuilibet, cui ſalus R. P. & proximi curæ cordique eſt, patet, quam neceſſariæ eſſent ac utiles ſupra memoratæ obſtetricum ſcholæ, ceu unica medela omnium malorum, ab harum inſcitia (quæ in multis Civitatibus, præſertim vero ruri, videre eſt) provenien-

nientium; Verum, cum earum inſtitutio & introductio potius ſit res optanda quam ſperanda, unicum hoc obſtetricaturis penſitandum propono, ut probe conſiderent, quam ardua res ſit, quam audent, dum non lignum tractant aut lapidem, ſed homines ad Dei Imaginem formatos, quorum vita pretioſior eſt omnibus mundi theſauris; Agitur inquam de vita, quæ adminiculo prudentis obſtetricis ſervari & imprudentis negligentia amitti poteſt: Probe porro perpendant imperitæ illæ & obſtinatæ, an bonam delicti cauſam prætendere poſſint, & an conſcientiæ ſuæ bene conſulant, præſtando in hac ſua vocatione, quæ poſſunt, negligendo vero ea, quæ potuiſſent & debuiſſent præſtare, ſi tum ex libris, tam Gallico quam Germanico idiomate conſcriptis, tum ex Medicis ac Chirurgis peritis, conſilia petere voluiſſent: Cogitent tandem, quod obſtetrices ſint, quæ non tam crumenæ & gulæ ſuæ, quam vero parturientibus opem ferre debeant: Valete obſtetrices! & in obſtetricando ſemper

- - Ratio vos dirigat! Ergo
Non error, finemque animo perpendite rerum!

§. III.

Ex præmiſſis liquet, quam laudabile ſit inſtitutum, quo in aliquibus locis, præſertim in Gallia Medicis vel Chirurgis cura gravidarum, parturientium & puerperarum conceſſa eſt: Miror ſane, quod adhucdum, & quidem inter eruditos dentur adeo imbecilles & ſcrupuloſi, qui viros parturientibus opem ferentes taxare, imo plane ab hoc operandi genere arcendos & excludendos eſſe, pluribus ſed male fundatis rationibus adſtruere conantur: opinantes:

I. De-

I. Dedecere atque indecorum eſſe, ut fœminæ partes (quas & natura & pudor tegi jubent) oculis manibuſque virorum & viſendas & contrectandas ſubjiciant: Ex quo fundamento etiam concludere audent hi ſuperſtitioſi, ſatius eſſe, ut Mater cum infante pereat, quam ut ope viri ſerventur.

II. Prætexunt, neque utilem nec neceſſariam eſſe virorum operam, cum per plura ſecula ſolæ eandem præſtare valuerint fœminæ, quas operi huic peragendo, præ viris, longe aptiores eſſe volunt, dummodo ſcientia requiſita imbuerentur, hincque culpam ac cauſam ignorantiæ hodiernarum obſtetricum conjiciunt in Medicos & Chirurgos, qui eas melius informare deberent.

Verum, quis non videt, inſulſa hæcce ratiocinia ſuapte ſponte cadere, fundamentaque eorum ſe invicem deſtruere? Concedunt enim eorum ſtructores, hodiernas obſtetrices, quoad maximam partem, levem ſolum vel plane nullam fundamentalem artis ſuæ cognitionem habere, adeoque inſtructione indigere, à Medicis vel Chirurgis petenda; Quomodo vero hi aliis monſtrare poſſint encheireſes artis, quam ipſi nec addiſcere nec exercere debent, ego non percipio: Neque negare poſſunt hi Momi (niſi abſurda & impia ſtatuere velint) licitum eſſe viris, ut in partu difficili, ubi obſtetricum ſcientia jam omnis exhauſta eſt, parturientibus ſuccurrant, vel ab obſtetricibus male tractatas curent; Si hoc in caſu non patitur decorum, cur in priori? Ubi certe neque parturiens, ob dolores atroces, laſcivis, neque Chirurgus obſtetricans, ob plures rationes, aliis quam commiſerationis cogitationibus, locum concedet, id quod omnes artis hujus periti ad nauſeam uſque experiuntur. Qui ſpecialiora circa hanc contro-

ver-

verſiam ſcire deſiderat, adeat librum Gall. conſcriptum, cui titulus: *De L'indecence aux hommes d'accoucher les femmes*, refutatum *à D. De La Motte*, ubi plura argumenta pro & contra inveniet, quibus heîc apponendis ſuperſedens, Diſſertationi impono exoptatum

FINEM.

VIRO MAXIME REVERENDO

DAVIDI MASER

pro tempore

PRÆCONI EVANGELII WALPERSVILENSI,

DIÆCESEOS BERNENSIS, VIGILANTISSIMO,

Ob Filii Sui, ingenuas Virtutes egregiasque in Medicina factas dotes,

S. P. D.

FRANCISC. BALTHAS. von Lindern/

Medic. Doct. & Pract.

FILIUM, quem abhinc tribus annis, Veneranda Tua Dignitas, mihi ut amabile pignus ſiderat atque commendaverat, Eundem Tibi nunc iterum reddo. Illum quidem in multis mutatum, Tuæ tamen intentioni congruum invenies, Deo atque hominibus gratum atque amicum, præprimis in arte Medica ſumme politum, quem nec vaſtiſſimi ſtudii Amplitudo, nec rerum arduarum Infinitas, nec pecuniæ in literas & peregrinationes ulla honeſta erogatio, ſalutaria hujus artis ſacræ præcepta percipiendi unquam deterruit;

Uſque adeo ingenium generoſas excolit artes

Atque immortalis percupit eſſe labor.

Diligentiæ itaque ejus labor, etiam quo fructus ferre poſſit, Ipſi nunc viam pandit ad plauſtra bonorum, ſemitamque quaſi regiam docet per virtutis templum graſſandi ad honoris. Teſtis eſt ejus diſſertatio docte atque jucunde Marteque proprio conſcripta, ſibi & aliis perquam utilis, more Majorum defendenda ſuſcepta

Et Venerem & Muſas, quæ colligit, omnia ſpirant,

Autor, ſi pereat, fama perennis erit.

Et cum nihilominus Medicina Ars ſit inexhauſta, in qua excolenda, quo plures facimus progreſſus, tanto plures

difficul-

difficultates a nobis ſuperandas eſſe quotidie experimur; hinc non immerito Materiam quandam non levem & recoctam, ſed nobilem, elegantem, ſummeque tamen acutam, in Republica æque ac in foro Medico utilem & ſalutarem, ſciens prudensque elegit, qua purum ab impuro ſecernat, vitiaque hac in re hactenus irrepta, corrigat atque avertat. Faxit itaque Deus Ter Maximus, ſuoque ulterius Divino Auſpicio adſit, arrideat etiam Fortuna Fautrix, ut omnia, quæ molitur ex voto cedant, & in alios, ſeque ipſum fructus inde redundet uberrimus. Tibi vero SENEX Venerande de Filii honoribus ex animo gratulor, meque tuæ Benevolentiæ æque ac Amicitiæ in poſterum quoque tempus etiam atque etiam commendatum habeas animitus opto & precor,

Vive diu felix; bis Neſtor Neſtoris annos,
In Nato numeres. Vir Venerande, vale!

Dab. Argyropol. é Muſ.
D. April. 1726.

POurquoy vous donnés vous des peines inutiles,
En voulant corriger ces femmes trés habiles?
Trop rigoureux Cenſeur! Trés ſevere Critique!
Reflechiſſés un peu, qu'á leur bonne pratique
Vous donnés un échec, qui eſt irreparable;
Si bien, vous excités leur courroux implacable.

Gar! Gar! Mon cher Amy, leur griffes ſont aigües!
Je plains vos pauvres yeux je crains pour votre vüe!
La Fierté, le Mepris, l'Audace & Mediſance
Leur ſerviront très bien à tirer leur vengeance:
Enfin daigne le Ciel vous garder de leur haine!
Recevés, en Amy, ce preſent de ma Veine.

An
MONSIEUR MASER,
Da er von den Irrthümern der Heb-Ammen diſputirte.

ERlaub mir / werthſter Freund / daß dieſe treue Zeilen
Von der entfernten Spree zu deinem Rhein nun eilen
Die Neigung unter uns begehret dieſes Pfand
Und das verdoppelt noch das gleiche Vatterland.
Ich ſehe dich allhier bloß vor die Warheit reden
Und warum werd ich doch nicht einsmahls zum Pöeten?
Allein / ich irr / es wär grad wieder alle Pflicht;
Der Glauben dieſer Burrſch hat ſeine Bürgen nicht.
Du thuſt / mein Maſer / wohl der Welt den Weg zu weiſſen/
Von welchem ſie der Wahn und die vorurtheil reiſſen;
Deß Aberglaubens Schlamm verderbt den reinen Fluß
Der Wiſſenſchafft: befrey uns dieſer Aergernuß.
Was ſoll ein thummer Schwarm von Weibern uns beſchähmen
Die einen Titel ſich von ihrer Blindheit nehmen/
Der die Unwiſſenheit mit ſchlechter Leuren ſeugt
Und der den Pöbel nur vor ſeinen Abgott zeigt?
Der Hector ſagte dort: Frau/ pack dich zu der * Kunckel/
Die Männer führen Krieg. Das Gleichnuß iſt nicht dunckel/
Und läſt ſich der Verſtand auch auff die Medicin
So den Geburten dient/ wie andern Fällen/ ziehn.
Durch ein gemahltes Buch wird man nicht gnug erfahren/
Auch kommt die Kunſt nicht nur aus den betagten Jahren/
Die Narrheit einmahl da währt öffters biß ins Grab
Und keine Heb-Amm ſtirbt ihr nach dem Irrthumb ab.
Vergebens fuſſet ſie auf Weiber/ auf Patronen
Die mehrmahls dem geſchick / als ihrer Arbeit lohnen;
Wo hat dann diß Geſchlecht das prächtige Gerüſt
Das ſo zu einem Bau deß Menſchen nützlich iſt?

Was weiß es in dem Grund von dieſem edlen Weſen/
Darzu GOtt nur den Artzt / die Aertztin nicht erleſen
Und hat von ohngefehr ſchon eine was gethan/
Macht eine Schwalb allein den Schmuck deß Frühlings dann?
Wie man friſch und geſchwind die Erde maß vermehren
Das können uns auffs beſt die ſchöne Künſte lehren /
Da denckt das Manns-Geſchlecht viel läng- und reiffer nach
Und die Natur verleiht ihm ſelber ihre Sprach.
Ja die Schamhafftigkeit ſtreit/ ſagen ſie / dargegen/
Was ſoll ein Doctor ſo die Hände an uns legen?
Viel lieber was verderbt und gar geſtorben; gut
So redet eine Dam' in ihrer Meinung wuth
Die ſonſt ... allein wer kan in ſolchen lähren Gründen
Der kahlen Zärtlichkeit wohl einen Vorwand finden?
Warumb vertrauen ſie in andern Fällen ſich
Den Männern? dieſe Farb hält warlich keinen Stich.
Es leb die Medicin in ihren vollen Strahlen!
Die du in dieſem Stück ſo trefflich weißſt zu mahlen:
Mein angenehmſter Freund / ich bilde mir ſchon ein/
Die Zeit werd einſt ein Zeug von dieſem Sitzen ſeyn.
Ohn Zweiffel wirſt du bald von den Kindbetterinen
Die höchſt verdiente Gunſt zu deinem Ruhm gewinnen/
Alsdann beſtimme ich dir eine Krohnen-Reyh
Daß manche * Burgers-Seel durch dich erhalten ſey.

Auß Berlin den 26. Martii
A. 1726.

Mit dieſen Zeilen gratulieret ſeinem geehrteſten Freund.

G. E.

❀ Homer. Iliad: lib. VI. v. 491.

❀ Ob ſervatos Cives. die Römer gaben dem eine Krone von Eichen-Laub der einen Burger erhalten hatte. Gell. N. A. V. 6.